

Universitätsbibliothek Wuppertal

P. Vergili Maronis Aeneis

Vergilius Maro, Publius

Berolini, 1889

IX.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-730](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-730)

IX.

Turnus absentis Aeneae copias aggredi Iunonis iussu parans, — 24
 quod Troiani castris navalibus se continent, naves exurere conatur, 76
 quae tamen ad voluntatem Cybelae in nymphas conversae aufugiunt. 122
 portento non fractus ille omnes aditus firmis occupat praesidiis. 175

Noctu Nisus cum Euryalo rationem communicat rei bene gerendae; 223
 quam ubi statione relicta ad consilium principum rettulerunt, 245
 laudibus solacii praemiis affecti ad quaerendum Aeneam abeunt. 313
 per castra Rutulorum multos hostes occidunt vino somnoque gravatos, 366
 sed cum spoliis profecti subito equitibus hostium obviam fiunt: 394
 Euryalus fuga interclusa perfoditur itemque Nisus amici mortem ultus. 449
 caedem suorum mane queruntur Rutuli summa ira exacerbat, 472
 suorum Troiani praecipueque Euryali filii unici mater vidua. 502

Iam in ipsa castra fit impetus testudine scala, ferro ignique; 524
 maxime nocet Turnus et incendio turris et occisione adversariorum. 589
 contra superbientis maledictis Numani nece excellit Ascanius tiro, 637
 cuius virtutem ab Apolline laudatam admirati socii confirmantur. 671
 Pandarus et Bitias aperta castrorum porta hostes lacessunt: 690
 ingrediens Turnus hunc necat, ingressus inclususque illum ac multos, 777
 dum multitudini hostium a ducibus confirmatorum cedere cogitur: 800
 in armis gravibus Tiberi se committit incolumisque ad suos pervenit.

Castris obsidentur, nuntii mittuntur frustra: oppugnatio fit acerrima.

13 et tu
21 sequar M
ap. Kl. Ribb.
dist. 48 c
Vergilius.

Atque ea diversa penitus dum parte geruntur,
 Irim de caelo misit Saturnia Iuno
 audacem ad Turnum. luco tum forte parentis
Pilumni Turnus sacrata valle sedebat.
 ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est:
 'Turne, quod optanti divom promittere nemo
 auderet, volvenda dies, en, attulit ultro.
 Aeneas urbe et sociis et classe relicta
 scepra Palatini sedemque petit Euandri;
 nec satis, extremas Corythi penetravit ad urbes
 Lydorumque manum, collectos armat agrestis.

9 *petivit* R²b²cmπ 11 *manus* P(γ¹?)χ et *collectos* γ¹a²cχ
collectosque cod. Parrhas. et Lad.

quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poscere currus.
 rumpe moras omnis et turbata arripe castra.
 dixit et in caelum paribus se sustulit alis
 ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum. 15
 agnovit iuvenis duplicisque ad sidera palmas
 sustulit ac tali fugientem est voce secutus:

‘Iri, decus caeli, quis te mihi nubibus actam
 detulit in terras? unde haec tam clara repente
 tempestas? medium video discedere caelum 20
 palantisque polo stellas. sequor omina tanta,
 quisquis in arma vocas.’ et sic effatus ad undam *IV, 577.*
 processit summoque hausit de gurgite lymphas
 multa deos orans oneravitque aethera votis.

iamque omnis campis exercitus ibat apertis, 25
 dives equum, dives pictae vestis et auri;
 Messapus primas acies, postrema coercent
 Tyrrhidae iuvenes; medio dux agmine Turnus;
vertitur arma tenens et toto vertice supra est.

ceu septem surgens sedatis annibus altus 30
 per tacitum Ganges aut pingui flumine Nilus,
 cum refluit campis et iam se condidit alveo.
 hic subitam nigro glomerari pulvere nubem
 prospiciunt Teucri ac tenebras insurgere campis.
 primus ab adversa conclamat mole Caicus: 35
 ‘quis globus, o cives, caligine volvitur atra!

ferte citi ferrum, date tela, ascendite muros,
 hostis adest, heia!’ ingenti clamore per omnis
 condunt se Teucri portas et moenia complent.
 namque ita discedens praeceperat optimus armis 40
 Aeneas: si qua interea fortuna fuisset,
 neu struere auderent aciem neu credere campo;
 castra modo et tutos servarent aggere muros.
 ergo etsi conferre manum pudor iraque monstrat,
 obiciunt portas tamen et praecepta facessunt 45
 armatique cavis exspectant turribus hostem.

Turnus, ut ante volans tardum praecesserat agmen
 viginti lectis equitum comitatus et urbi
 improvisus adest, maculis quem Thracius albis

13 et turbata] atque orbata Gent 49. 17 ac] et MR_z Lad.

21 sequar M 29 (= VII 784) om. libri praeter χ 47 ut] at Schenkl
 ap. Kl. Ribb. ut adverb. ad volans pertinere arbitratus post v. 50 puncto
 dist. 48 comitantibus urbi Peerlk.

portat equus cristaque tegit galea aurea rubra: 50
 'ecquis erit, mecum, iuvenes, qui primus in hostem —?
 en' ait et iaculum attorquens emittit in auras,
 principium pugnae, et campo sese arduus infert.
 clamorem excipiunt socii fremituque sequuntur
 horrissono; Teucrum mirantur inertia corda: 55
 non aequo dare se campo, non *obvia* ferre
 arma viros, sed castra fovere. huc turbidus atque huc
 lustrat equo muros aditumque per avia quaerit.
 ac veluti pleno lupus insidiatus ovili
 cum fremit ad caulas ventos perpressus et imbris 60
 nocte super media; tuti sub matribus agni
 balatum exercent, ille asper et improbus ira
 saevit in absentis, collecta fatigat edendi
 ex longo rabies et siccae sanguine fauces:
 haud aliter Rutulo muros et castra tuenti 65
 ignescunt irae; duris dolor ossibus ardet.
 qua temptet ratione aditus, et quae via clausos
 excutiat Teucros vallo atque effundat in aequum?
 classem, quae lateri castrorum adiuncta latebat,
 aggeribus saeptam circum et fluvialibus undis, 70
 invadit sociosque incendia poscit ovantis
 atque manum pinu flagranti fervidus implet.
 tum vero incumbunt, urget praesentia Turni,
 atque omnis facibus pubes accingitur atris.
 diripuere focos: piceum fert *fumida* lumen 75
 taeda et commixtam Volcanus ad astra favillam.
 Quis deus, o Musae, tam saeva incendia Teucris
 avertit? tantos ratibus quis depulit ignis?
 dicite. prisca fides facta, sed fama perennis.
 Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida 80
 Aeneas classem et pelagi petere alta parabat,
 ipsa deum fertur genetrix Berecynthia *magnum*
 vocibus his adfata *Iovem*: 'da, nate, petenti,
 quod tua cara parens domito te poscit Olympo.
 pinea silva mihi multos dilecta per annos; 85
 lucus in arce fuit summa, quo sacra ferebant,

52 *intorqu.* M 54 *-more* F *clamore* R² (cf. Serv.) Lad.
 66 *durus* P^y post *ardet* comma poni sol. mut. Peerlk. 67 *et*
aut conl. Wagn. *qua via* libri praeter P¹R *qua vice* Withof Krit.
 Anmerk. IV 31. *qua vi* Ribb. 68 *aequor* P¹bc Ribb. 79 *factost*
et fama Weidn. 39¹). 85 ut dittoqr. v. 86/7 secl. Ribb.

nigranti pice
 has ego Dard
 laeta dedi; n
 solve metu
 neu cursu p
 vincantur; p
 filius huic co
 o genetrix,
 mortaline ma
 fas habeant?
 Aeneas? cui
 immo, ubi de
 Ausonios olim
 Dardaniumque
 mortalem erip
 aequoris esse
 et Galatea se
 dixerat idque
 per pice torr
 adnuit et tot
 Ergo ad
 debita comp
 admonuit ra
 hic primum
 visus ab Au
 Maeique ch
 excidit et T
 ne trepidat
 neve armato
 quam sacra
 ite deae pel
 continuo p
 delphinumq
 ima petunt.
 quot prius
 reddunt se
 Obstip

91 neu
 Pier. et mul
 boni libri; h
 MP¹a¹b¹ Ser
 sed cf. VIII

50 nigranti picea trabibusque obscurus acernis:
 has ego Dardanio iuveni, cum classis egeret,
 laeta dedi; nunc sollicitam timor anxius angit.
 solve metus atque hoc precibus sine posse parentem, 90
 neu cursu quassatae ullo neu turbine venti
 vincantur; prosit nostris in montibus ortas.²
 55 filius huic contra, torquet qui sidera mundi:
 'o genetrix, quo fata vocas? aut quid petis istis?
 mortaline manu factae immortale carinae 95
 fas habeant? certusque incerta pericula lustret
 Aeneas? cui tanta deo permissa potestas?
 60 immo, ubi defunctae finem portusque tenebunt
 Ausonios olim, quaecumque evaserit undis
 Dardaniumque ducem Laurentia vexerit arva, 100
 mortalem eripiam formam magnique iubebo
 65 aequoris esse deas, qualis Nereia Doto
 et Galatea secant spumantem pectore pontum.³
 dixerat idque ratum Stygii per flumina fratris,
 per pice torrentis atraque voragine ripas
 adnuat et totum nutu tremefecit Olympum.

Ergo aderat promissa dies et tempora Parcae
 debita complerant, cum Turni iniuria Matrem
 admonuit ratibus sacris depellere taedas.
 hic primum nova lux oculis offulsit et ingens 110
 visus ab Aurora caelum transcurrere nimbus
 75 Idaeique chori; tum vox horrenda per auras
 excidit et Troum Rutulorumque agmina complet:
 'ne trepidate meas, Teucri, defendere navis
 neve armate manus; maria ante exurere Turno 115
 quam sacras dabitur pinus. vos ite solatae,
 80 ite deae pelagi; genetrix iubet.' et sua quaeque
 continuo puppes abrumpunt vincula ripis
 delphinumque modo demersis aequora rostris
 ima petunt. hinc virgineae (mirabile monstrum) 120
 quot prius aeratae steterant ad litora prorae
 85 reddunt se totidem facies pontoque feruntur.

Obstipuere animis Rutuli, conterritus ipse

91 neu prius] ne P^γ^{1c} Rbb. nec π 102 quales 'aliquot ant.
 Pier. et 'multi' Burm. 109 sacras Diom. 437. 121 (= X 223) om
 boni libri; habent a²π post 122, alii ζ alio loco. 123 animi Rutulis
 MP^γ^{1a}b¹ Serv. pl. Lad. animi Rutuli Kern GPr. Schweinfurt 1881, 7;
 sed cf. VIII 530.

turbatis Messapus equis, cunctatur et amnis
 rauca sonans revocatque pedem Tiberinus ab alto. 125
 at non audaci Turno fiducia cessit,
 ultro animos tollit dictis atque increpat ultro:
 'Troianos haec monstra petunt, his Iuppiter ipse
 cf. *Stat., Aen.*
 auxilium solitum eripuit non tela neque ignis
 exspectans Rutulos. ergo maria invia Teucris 130
 nec spes ulla fugae. rerum pars altera adempta est;
 terra autem in nostris manibus: tot milia gentes
 arma ferunt Italiae. nil me fatalia terrent,
 si qua Phryges prae se iactant, responsa deorum: 135
 sat fatis Venerique datum, tetigere quod arva
 fertilis Ausoniae Troes. sunt et mea contra
 fata mihi, ferro sceleratam excindere gentem
 coniuge praerepta, nec solos tangit Atridas
 iste dolor solisque licet capere arma Mycenis.
 "sed periisse semel satis est." peccare fuisset 140
 ante satis penitus, modo nunc genus omne perosos
See Stat. 2
 femineum! quibus haec mediū fiducia valli
ov. m. vii. 79
 fossarumque morae, leti discrimina parva,
 dant animos. at non viderunt moenia Troiae
 Neptuni fabricata manu considerare in ignis? — 145
 sed vos, o lecti, ferro quis scindere vallum
 apparat et mecum invadit trepidantia castra?
 non armis mihi Volcani, non mille carinis
 est opus in Teucros. addant se protinus omnes
 Etrusci socios. tenebras et inertia furta 150
 [Palladii caesis summae custodibus arcis] *f. 71, 166.*
 ne timeant, nec equi caeca condemur in alvo;
 luce palam certum est igni circumdare muros.
 haud sibi cum Danais rem (faxo) et pube Pelasga
 esse putent, decimum quos distulit Hector in annum. 155
 nunc adeo, melior quoniam pars acta diei,
 quod superest, laeti bene gestis corpora rebus
 procurate, viri, et pugnam sperate parari?
 Interea vigilum excubiis obsidere portas

130 *exspectant* libri praeter M¹; Lad. 132 *gentis* MRb^{1c}
 140 *sed* si $\gamma^2\chi$ 141 *nunc* cod. Ven., idem con. Markl. Stat. Silv.
 V 3, 35. *nec* aliquot antiquiss.⁷ Pier. *non* cet. libri, sed R ante *modo*;
 def. Wagn. LV. 48 et Madv. 31¹). *perosus* F²M² γ^1 *perosum* γ^2a^1
 146/7 Lad. cum Ribb. post 72 pos. ita, ut *sed* mutaret in *sic* et reti-
 neret *qui*, quam librorum scripturam Wagn. correxit in *quis*. 151
 ~ Il 166) secl. Bryant. 155 *putent*] *ferant* FP γ^1a^2 Ribb.

cura datur Mess
 his septem Rutul
 delecti; ast illos
 purpurei cristis
 discurrunt varas
 indulgent vino e
 conlucent ignes.
 insomnem Indo.
 Haec super
 alta tenent, nec
 explorant pontis
 tela gerunt: ins
 quos pater Aene
 rectores juvenon
 omnis per muro
 excubat exercet
 Nisus erat
 Hyrtacides, cot
 venatrix, iacul
 et iuxta comes
 non fuit Aene
 ora puer prim
 his amor unu
 tum quoque
 Nisus ait: 'd
 Euryale, an
 aut pugnam
 mens agitat m
 cernis, quae
 lumina rara m
 procubere, si
 quid dubitem
 Aenean acciri
 exposcunt, mi
 si, tibi quae
 fama sat est)
 posse viam ad
 Obstipuit
 Euryalus, sim
 161 Rutul
 Serv. 179

125 cura datur Messapo et moenia cingere flammis. 160
 bis septem Rutuli muros qui milite servant,
 delecti; ast illos centeni quemque sequuntur
 purpurei cristis iuvenes auroque corusci.
 130 discurrunt variantque vices fusique per herbam
 indulgent vino et vertunt crateras aënos. 165
 conlucent ignes, noctem custodia ducit
 insomnem ludo.

Haec super e vallo prospectant Troes et armis
 alta tenent, nec non trepidi formidine portas
 135 explorant pontisque et propugnacula iungunt. 170
 tela gerunt: instant Mnestheus acerque Serestus,
 quos pater Aeneas, si quando adversa vocarent,
 rectores iuvenum et rerum dedit esse magistros.
 omnis per muros legio sortita periculum
 140 excubat exercetque vices, quod cuique tuendum est. 175

Nisus erat portae custos, acerrimus armis,
 Hyrtacides, comitem Aeneae quem miserat Ida
venatrix, iaculo celerem levibusque sagittis,
 145 et iuxta comes Euryalus, quo pulchrior alter
 non fuit Aeneadam Troiana neque induit arma, 180
 ora puer prima signans intonsa iuventa.
 his amor unus erat pariterque in bella ruebant;
 tum quoque communi portam statione tenebant.
 Nisus ait: 'dine hunc ardorem mentibus addunt,
 150 Euryale, an sua cuique deus fit dira cupido? 185
 aut pugnam aut aliquid iamdudum invadere magnum
 mens agitat mihi nec placida contenta quiete est.
 cernis, quae Rutulos habeat fiducia rerum:
 lumina rara micant, somno vinoque soluti
 155 procubuere, silent late loca. percipe porro, 190
 quid dubitem et quae nunc animo sententia surgat.
 Aenean acciri omnes, populusque patresque,
 exposcunt, mittique viros, qui certa reportent.
 si, tibi quae posco, promittunt (nam mihi facti
fama sat est), tumulo videor reperire sub illo
 195 posse viam ad muros et moenia Pallantea.'

Obstupuit magno laudum percussus amore
 Euryalus, simul his ardentem adfatur amicum:

161 *Rutulo M* 171 *instat Pybc Ribb.* 173 *iuveni comm.*
 Serv. 179 *et] it Moret. I Ribb.* 189 *sepulti a^mx Serv.*

'mene igitur socium summis adiungere rebus,
 Nise, fugis? solum te in tanta pericula mittam? 200
 non ita me genitor, bellis aduetus Opheltes,
 Argolicum terrorem inter Troiaeque labores
 sublatum erudiit, nec tecum talia gessi
 magnanimum Aenean et fata extrema secutus:
 est hic, est animus lucis contemptor et istum 205
 qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem.'
 Nisus ad haec: 'equidem de te nil tale verebar
 nec fas, non, ita me referat tibi magnus ovantem
Iuppiter aut quicumque oculis haec aspicit aequis.
 sed si quis (quae multa vides discrimine tali), 210
 si quis in adversum rapiat casusve deusve,
 te superesse velim: tua vita dignior aetas;
 sit, qui me raptum pugna pretiove redemptum
 mandet humo, solita aut si qua id Fortuna vetabit,
 absenti ferat inferias decoretque sepulcro; 215
 neu matri miserae tanti sim causa doloris,
 quae te sola, puer, multis e matribus ausa
 persequitur magni nec moenia curat Aestae.'
 ille autem: 'causas nequiquam nectis inanis
 nec mea iam mutata loco sententia cedit; 220
 adceleremus' ait. vigiles simul excitat: illi
 succedunt servantque vices; statione relicta
 ipse comes Niso graditur regemque requirunt.
 Cetera per terras omnis animalia somno
 laxabant curas et corda oblita laborum: 225
 ductores Teucrum primi et delecta iuventus
 consilium summis regni de rebus habebant,
 quid facerent quisve Aeneae iam nuntius esset.
 stant longis adnixa hastis et scuta tenentes
 castrorum et campi medio. tum Nisus et una 230
 Euryalus confestim alacres admittier orant:
 rem magnam, pretiumque morae fore. primus Iulus
 accepit trepidos ac Nisum dicere iussit.
 tum sic Hyrtacides: 'audite o mentibus aequis,
 Aeneadae, neve haec nostris spectentur ab annis, 235
 quae ferimus! Rutuli somno vinoque soluti

214 *saltem* aut Henry JJ. 1867, 727. *aut saltem* Peerlk. *id*
 om. Hoffm. 16. 226 *et* om. libri; exhib. ed. ante Pier. 229 *encut.*
atq. entes P¹ *in scuta tuentes* Ribb. 236 *sepulti* b²m^x Serv. pl.

contiguere; loc
 qui patet in bi
 interrupti ignes
 erigitur. si f
 quaesitum Aene
 mox hic cum sp
 ardore cernetis.
 vidimus obscuri
 venatu adsiduo

Hic annis
 'di patrii, quor
 non tamen omni
 cum talis animo
 pectora.' sic m
 amborum et vol
 quae vobis, qu
 praemia posse
 di moresque da
 actutum pius A
 Ascanius, meri
 immo ego vos
 excipit Ascani
 Assaracique la
 obtestor, quae
 in vestris pon
 reddite consp
 bina dabo arg
 pocula, devict
 et tripodas gen
 cratera antiqu
 si vero capere
 contigerit victo
 vidisti, quo Iu
 aureus; ipsum
 excipiam sorti
 praeterea bis s
 corpora captiv
 insuper his, ca
 te vero, mea

237 *procu*
 272-3 *damn. Peer*
 Lacr. 262; cf. V.

conticuere; locum insidiis conspeximus ipsi,
 qui patet in bivio portae, quae proxima ponto:
 interrupti ignes, aterque ad sidera fumus
 erigitur. si fortuna permittitis uti
 quaesitum Aenean et moenia Pallantea,
 mox hic cum spoliis ingenti caede peracta
 adfore cernetis. nec nos via fallat euntis:
 vidimus obscuris primam sub vallibus urbem
 venatu adsiduo et totum cognovimus amnem.

Hic annis gravis atque animi maturus Aletes:
 'di patrii, quorum semper sub numine Troia est,
 non tamen omnino Teucros delere paratis,
 cum talis animos iuvenum et tam certa tulistis
 pectora.' sic memorans umeros dextrasque tenebat
 amborum et voltum lacrimis atque ora rigabat.

'quae vobis, quae digna, viri, pro laudibus istis
 praemia posse rear solvi? pulcherrima primum
 di moresque dabunt vestri, tum cetera reddet
 acutum pius Aeneas atque integer aevi
 Ascanius, meriti tanti non immemor umquam.'

'immo ego vos, cui sola salus genitore reducto,
 excipit Ascanius 'per magnos, Nise, penatis
 Assaracique larem et canae penetralia Vestae
 obtestor, quaecumque mihi fortuna fidesque est,
 in vestris pono gremiis: revocate parentem,
 reddite conspectum; nihil illo triste recepto.

bina dabo argento perfecta atque aspera signis
 pocula, devicta genitor quae cepit Arisba,
 et tripodas geminos, auri duo magna talenta,
 cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.

si vero capere Italiam sceptrisque potiri
 contigerit victori et praedae dicere sortem:
 vidisti, quo Turnus equo, quibus ibat in armis
 aureus; ipsum illum, clipeum cristasque rubentis
 excipiam sorti, iam nunc tua praemia, Nise.

praeterea bis sex genitor lectissima matrum
 corpora captivosque dabit suaque omnibus arma;
 insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus.
 te vero, mea quem spatiis propioribus aetas

237 *procubere* Py¹a²c 243 *fallit* libri praeter M; Ribb.
 272/3 *damn.* Peerlk. 274 *quin super* Schap. *his] is* M Lachm.
 Lucr. 262; cf. Wagn. LV. 85. *campis* R *quod] quos* MP²ya¹c²

275
i. O. m. III, 541.

Peerlk. id
 229 *encut.*
 5²mz Serv. pl.

240
Stat. Th. V, 235.

245

250

255

260

265

270

275

insequitur, venerande puer, iam pectore toto
 accipio et comitem casus complector in omnis.
 nulla meis sine te quaeretur gloria rebus;
 seu pacem seu bella geram, tibi maxima rerum
 verborumque fides.' contra quem talia fatur 280
 Euryalus: 'me nulla dies tam fortibus ausis
 dissimilem arguerit, tantum fortuna secunda
 haud adversa cadat! sed te super omnia dona
 unum oro. genetrix Priami de gente vetusta
 est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus 285
 mecum excedentem, non moenia regis Aestae:
 hanc ego nunc ignaram huius quodcumque pericli est
 inque salutatam linquo, (nox et tua testis
 dextera) quod nequeam lacrimas perferre parentis;
 at tu, oro, solare inopem et succurre relictæ! 290
 hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo
 in casus omnis.' percussa mente dedere
 Dardanidae lacrimas, ante omnis pulcher Iulus,
 atque animum patriae strinxit pietatis imago.
 tum sic effatur: 295
 'sponde digna tuis ingentibus omnia coeptis!
 namque erit ista mihi genetrix nomenque Creusae
 solum defuerit, nec partum gratia talem
 parva manet. casus factum quicumque sequentur,
 per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat: 300
 quae tibi polliceor reduci rebusque secundis,
 haec eadem matricque tuae generique manebunt.
 sic ait inlacrimans, umero simul exiit ense,
 auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
 Gnosius atqueabilem vagina aptarat eburna. 305
 dat Niso Mnestheus pellem horrentisque leonis
exuvias; galeam fidus permutat Aletes.
 protinus armati incedunt, quos omnis euntis
 primorum manus ad portas, iuvenumque senumque,
 prosequitur votis. nec non et pulcher Iulus 310
 ante annos animumque gerens curamque virilem
 multa patri mandata dabat portanda; sed aurae
 omnia discernunt et nubibus inrita donant.

282 post *tantum* fortiter dist. Ribb. 283 aut $\gamma^2 a^2 bc$ (cf. Serv.)
 Ribb. aut . . . cadet Madv. 39. 287 est om. PRb¹ 292 *dederunt*
 PRybcx; cf. ad VIII 324. 294 ($\sim X$ 824) secl. Peerlk. et Albr. 424;
 cf. JB. 1885, 241. 296 *spondeo* a¹cmx

*argum. su. f. cum ad
 allegia. cum cf. Prop.*

Egress
 castra inim
 exitio. pas
 corpora
 inter lora
 vina simul.
 'Euryale, a
 hac iter est
 a tergo pos
 haec ego v
 sic memora
 Rhamnetem
 exstructus
 rex idem et
 sed non au
 tris iuxta fa
 armigerumq
 nactus equi
 tum capit
 sanguine si
 terra toriqu
 et iuvenem
 luserat, in
 membra de
 aequasset
 impastus c
 (suadet eni
 molle pecus
 Nec m
 perfurit ac
 Fadumque
 ignaros, Rb
 sed magnu
 pectore in a
 condidit ad
 purpuream
 vina refert

315 *petu*
 multia H. J. H
 Peerlk. 33
 J. 1886, 199
 348 a morte

Egressi superant fossas noctisque per umbram
 castra inimica petunt, multis tamen ante futuri 315
 exitio. passim somno vinoque per herbam
 corpora fusa vident, arrectos litore currus,
 280 inter lora rotasque viros, simul arma iacere,
 vina simul. prior Hyrtacides sic ore locutus:
 'Euryale, audendum dextra; nunc ipsa vocat res. 320
 hac iter est. tu, ne qua manus se attollere nobis
 a tergo possit, custodi et consule longe;
 285 haec ego vasta dabo et lato te limite ducam.'
 sic memorat vocemque premit, simul ense superbum
Rhamnetem adgreditur, qui forte tapetibus altis 325
 exstructus toto proflabat pectore somnum,
 rex idem et regi Turno gratissimus augur;
 290 sed non augurio potuit depellere pestem.
 tris iuxta famulos temere inter tela iacentis
 armigerumque Remi premit aurigamque sub ipsis 330
 nactus equis ferroque secat pendentia colla;
 tum caput ipsi aufert domino truncumque relinquit
 295 sanguine singultantem, atro tepefacta cruore
 terra torique madent. nec non Lamyrumque Lamumque
 et iuvenem Serranum, illa qui plurima nocte 335
 luserat, insignis facie, multoque iacebat
 membra deo victus; felix, si protinus illum
 300 aequasset nocti ludum in lucemque tulisset.
 impastus ceu plena leo per ovilia turbans
 (suadet enim vesana fames) manditque trahitque 340
 molle pecus mutumque metu, fremit ore cruento. . .
 Nec minor Euryali caedes: incensus et ipse
 305 perfurit ac multam in medio sine nomine plebem,
 Fadumque Herbesumque subit Rhoetumque Abarimque,
 ignaros, Rhoetum vigilantem et cuncta videntem, 345
 sed magnum metuens se post cratera tegebat.
 pectore in adverso totum cui comminus ensem
 310 condidit adsurgenti et multa morte recepit.
 purpuream vomit ille animam et cum sanguine mixta
vina refert moriens, hic furto fervidus instat. 350

315 *petunt*, (<unde illi non redituri iam castra ad sua erant,>
multis H. J. Heller Phil. 1886, 686. 315 *multis* . . *passim* 316 *damn.*
 Peerlk. 330 *Remum* cod. Dorvill.² Schrad. pro *Remi* Th. Maurer
 J.J. 1886, 199 iterari vult *premit*. 334 *Numamque* prop. Ribb. ad 454.
 348 *a morte* Kv. 1881, 402. 349 *purpureum* puncto transpos. Serv.

iamque ad Messapi socios tendebat; ibi ignem
 deficere extremum et religatos rite videbat
 carpere gramen equos, breviter cum talia Nisus
 (sensit enim nimia caede atque cupidine ferri):
 'absistamus' ait; 'nam lux inimica propinquat.' 355
 poenarum exhaustum satis est, via facta per hostis.
 multa virum solido argento perfecta relinquunt
 armaque craterasque simul pulchrosque tapetas.
 Euryalus phaleras Rhamnetis et aurea bullis
 cingula, Tiburti Remulo ditissimus olim 360
 quae mittit dona hospitio, cum iungeret absens,
 Caedicus; ille suo moriens dat habere nepoti;
 [post mortem bello Rutuli pugnaque potiti]
 haec rapit atque umeris nequiquam fortibus aptat.
 tum galeam Messapi habilem cristisque decoram 365
 induit. excedunt castris et tuta capessunt.

Interea praemissi equites ex urbe Latina,
 cetera dum legio campis instructa moratur,
 ibant et Turno regi responsa ferebant,
 ter centum, scutati omnes, Volcente magistro. 370
 iamque propinquabant castris muroque subibant,
 cum procul hos laevo flectentis limite cernunt
 et galea Euryalum sublustri noctis in umbra
 prodidit immemorem radiisque adversa refulsit.
 haud temere est visum. conclamat ab agmine Volcens: 375
 'state, viri; quae causa viae? quive estis in armis?
 quove tenetis iter?' nihil illi tendere contra,
 sed celerare fugam in silvas et fidere nocti.
 obiciunt equites sese ad divortia nota
 hinc atque hinc omnemque abitum custode coronant. 380
 silva fuit late dumis atque ilice nigra
 horrida, quam densi complebant undique sentes;
 rara per occultos lucebat semita calles.
 Euryalum tenebrae ramorum onerosaque praeda
 impediunt fallitque timor regione viarum, 385
 Nisus abit; iamque imprudens evaserat hostis
 ac lucos, qui post Albae de nomine dicti

363 damn. Ribb. sec. Wagn., qui tamen LV. 50 dubitare coepit.
 pugnamque Mx praedaque Rx 369 regis 'omnes boni' test. Serv.
 pl.; cf. schol. Veron. 101, 4 de loco Probi et Sulpicii sententia alieno
 VII 600. 370 Volscente M² Serv. Vulc. P¹b¹c¹ Vulsc. c²π 371
 murosque P²y¹b¹c¹ Serv. pl. Ribb. 378 silvis Py 380 aditum libri
 pr. M¹a²b²c 382 complebant M 387 ac lucos m? Lad. atque

Albani (tum rex
 ut stetit et frustra
 'Euryale infelicis
 quare sequar rui
 fallacis silvae?' si
 observata legit du
 multo equos, audi
 Nec longum
 pervenit ac videt
 fraude loci et noc
 oppressum rapit
 quid faciat? qua
 eripere? an sese
 inferat et pulchra
 cinis adducto tor
 suspiciens altam
 tu, dea, tu pra
 strorum decus o
 si qua tuis umq
 dona tulit, si qu
 suspendive tholo
 tunc sine me
 ferat et toto
 micit. hasta
 venit aversi
 tringitur ac fiss
 videtur ille von
 rigibus et longi
 aversi circumpi
 ate! aliud sum
 lum trepidant, i
 videns traiecto
 Saevit atrox
 auctorem nec qu
 deus s²ex atque la
 veat velut 358 Hol
 quare a¹ qu.
 allam ad Luna
 Ribb. alta . . . ve
 allam et, quod ut
 Phil. 1861, 540): s
 nupit, en! allam
 l. cf. Serv. 41

Albani (tum rex stabula alta Latinus habebat),
 ut stetit et frustra absentem respexit amicum:
 390
 'Euryale infelix, qua te regione reliqui?
 quae sequar rursus perplexum iter omne revolvens
 fallacis silvae?' simul et vestigia retro
 observata legit dumisque silentibus errat.
 audit equos, audit strepitus et signa sequentum.

Nec longum in medio tempus, cum clamor ad auris
 395
 pervenit ac videt Euryalum, quem iam manus omnis
 fraude loci et noctis subito turbante tumultu
 oppressum rapit et conantem plurima frustra.

quid faciat? qua vi iuvenem, quibus audeat armis
 eripere? an sese medios moriturus in hostes
 400

inferat et pulchram properet per volnera mortem?
 405
 ocius adducto torquens hastile lacerto

suspiciens altam Lunam sic voce precatur:
 'tu, dea, tu praesens nostro succurre labori,
 astrorum decus et nemorum Latonia custos!
 405

si qua tuis umquam pro me pater Hyrtacus aris
 370
 dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi

suspendive tholo aut sacra ad fastigia fixi,
 hunc sine me turbare globum et rege tela per auras!
 dixerat et toto conixus corpore ferrum
 410

conicit. hasta volans noctis diverberat umbras
 et venit aversi in tergum Sulmonis ibique
 frangitur ac fisso transit praecordia ligno.

volvitur ille vomens calidum de pectore flumen
 frigidus et longis singultibus ilia pulsat.
 415

diversi circumspiciunt. hoc acrior idem,
 380
 ecce! aliud summa telum librabat ab aure.

dum trepidant, it hasta Tago per tempus utrumque
 stridens traiectoque haesit tepefacta cerebro.

Saevit atrox Volcens nec teli conspicit usquam
 420
 auctorem nec quo se ardens immittere possit.

385
lucos a²cx atque locos cet. cod. Ribb.; is tamen v. 387/8 in suspicionem
 vocat velut 388 Hoffm. 17. *atque locis* .. *ut stetit* Geertz ap. Madv. 34.
 391 *quove a¹ qu.ve V¹ resolves M¹* 400 *in enses* P Serv. pl. Ribb.
 403 *altam ad Lunam R altum, Lunam* Berg kld. aest. Hal. 1860, 8.
 Ribb. *alta . . voce* Häberlin PhA. 1887, 601. post *Lunam* libri
 addunt *et*, quod ut tueatur, v. 402 *torquetque* prop. Wagn. LV. 51 (cf.
 Phil. 1861, 540); similiter Ribb. scribi posse putat *torquet*. an 403
suspicit, en! altam lunam et s. v. pr.? 412 *adversi* libri pr. Rottend.
 II; cf. Serv. 416 *acrius* M²P²,¹ 418 *it* iit Py

dubitare coepit.
 boni test. Serv.
 sententia alieno
 sic. c²r 371
 380 aditum libri
 m? Lad. atque

'tu tamen interea calido mihi sanguine poenas
 persolves amborum' inquit; simul ense recluso
 ibat in Euryalum. tum vero exterritus amens
 conclamat Nisus, nec se celare tenebris
 425
 amplius aut tantum potuit perferre dolorem:
 'me, me! adsum, qui feci; in me convertite ferrum,
 o Rutuli! mea fraus omnis, nihil iste nec ausus
 nec potuit; caelum hoc et conscia sidera testor;
 430
 tantum infelicem nimium dilexit amicum.'
 talia dicta dabat, sed viribus ensis adactus
 transiit costas et candida pectora rumpit.
 volvitur Euryalus leto pulchrosque per artus
 it cruor inque umeros cervix conlapsa recumbit,
 purpureus veluti cum flos succisus aratro
 435
 languescit moriens lassove papavera collo
 demisere caput, pluvia cum forte gravantur.
 at Nisus ruit in medios solumque per omnis
 Volcentem petit, in solo Volcente moratur.
 quem circum glomerati hostes hinc comminus atque hinc 440
 proturbant. instat non setius ac rotat ensem
 fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
 condidit adverso et moriens animam abstulit hosti.
 tum super exanimum sese proiecit amicum
 confossus placidaque ibi demum morte quievit. 445

Fortunati ambo! si quid mea carmina possunt,
 nulla dies unquam memori vos eximet aevo,
 dum domus Aeneae Capitoli immobile saxum
 accolet imperiumque pater Romanus habebit.

Victores praeda Rutuli spoliisque potiti 450
 Volcentem exanimum flentes in castra ferebant.
 nec minor in castris luctus Rhamneta reperto
 exsanguis et primis una tot caede peremptis
 Serranoque Numaque. ingens concursus ad ipsa
 455
 corpora seminecisque viros tepidaque recentem
 caede locum et plenos spumanti sanguine rivos.
 agnoscunt spolia inter se galeamque nitentem
 Messapi et multo phaleras sudore receptas.

Et iam prima novo spargebat lumine terras

432 *transadibit* M¹ *transadigit* M²Py *transadiit* bc 449 *pater]*
patens Gent 51. *patrum* Kv. 1881, 448. 454 *Lamoque* Schrad.; cf. 334.
 455 *tepidam* M¹ *tepidum* M²PRy¹a¹ *recenti* PRy¹; cf. Serv. 456 *pleno*
 MP²b¹ *spumantis* MPRb¹ Serv. 459/60 (= IV 584/5) secl. Bros.

Tiboni croceum
 im sole infuso.
 Turnus in arma
 suscitatur, aeratas
 quisque suas, var
 quin ipsa arrectis
 praefigunt capita
 Euryali et Nisi.
 Aeneadae duri mu
 opposuere aciem
 ingentisque tenen
 stant maesti; sim
 nota nimis miseri
 Interea pavida
 nantia Fama ruit
 Euryali. at subit
 excessi manibus
 evolat infelix et
 scissa comam non
 prima petit, non
 telorumque mem
 hunc ego te, t
 vera meae requi
 crudelis? nec t
 cillari extremum
 beu, terra igno
 ditibusque iace
 produxi pressive
 veste tegens, til
 urgebam et tela
 quo sequar? au
 et funus lacerum
 aale, refers? no
 agite me, si qu
 conicite, o Rutu
 nat tu, magne p
 arvisum hoc detu

464 *suos* libri
 Peetik. om. v. 407.
 1888, 7. 484
 IV. 85. 486 to
 Serv. Ribb. 48

Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
iam sole infuso, iam rebus luce reiectis' 460

Turnus in arma viros armis circumdatus ipse
suscitat, aeratasque acies in proelia cogit
quisque suas, variisque acuunt rumoribus iras.
quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis 465
praefigunt capita et multo clamore sequuntur
Euryali et Nisi.

Aeneadae duri murorum in parte sinistra
opposuere aciem (nam dextera cingitur amni)
ingentisque tenent fossas et turribus altis 470
stant maesti; simul ora virum praefixa movebant
nota nimis miseris atroque fluentia tabo.

Interea pavidam volitans pinnata per urbem
nuntia Fama ruit matrisque adlabitur auris
Euryali. at subitus miserae calor ossa reliquit, 475
excussi manibus radii revolutaque pensa.
evolat infelix et femineo ululatu

scissa comam muros amens atque agmina cursu
prima petit, non illa virum, non illa pericli
telorumque memor; caelum dehinc questibus implet: 480
'hunc ego te, Euryale, aspicio? tune ille senectae

sera meae requies, potuisti linquere solam
crudelis? nec te sub tanta pericula missum
adfari extremum miserae data copia matri?
heu, terra ignota canibus data praeda Latinis 485
alitibusque iaces! nec te tua funere mater

produxi pressive oculos aut volnera lavi
veste tegens, tibi quam noctes festina diesque
urgebam et tela curas solabar anilis.

quo sequar? aut quae nunc artus avolsaque membra 490
et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te,
nate, refers? hoc sum terraque marique secuta?

figite me, si qua est pietas, in me omnia tela
conicite, o Rutuli, me primam absumite ferro!
aut tu, magne pater divom, miserere tuoque 495
invisum hoc detrude caput sub Tartara telo,

464 suos libri pr. M 465 om. P arrectis visu] Euryali et Nisi
Peerlk. om. v. 467. 471 videbant P^{ya}2c¹ 474 ad labitur Schröt.
1888, 7. 484 extremis MP¹ 485 date Mentel. II. z, def. Wagn.
LV. 85. 486 te tua] stetu Peerlk. funere P. Bembus. funera libri
Serv. Ribb. 487 Lad, transp. post 489, ut iungeret funera tegens.

quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam!
 hoc fletu concussi animi maestusque per omnis
 it gemitus, torpent infractae ad proelia vires.
 illam incendentem luctus Idaeus et Actor
 Ilionei monitu et multum lacrimantis Iuli
 corripuiunt interque manus sub tecta reponunt.

500

At tuba terribilem sonitum procul aere canoro
 increpuit, sequitur clamor caelumque remugit.
 adcelerant acta pariter testudine Volsci
 et fossas implere parant ac vellere vallum.
 quaerunt pars aditum et scalis ascendere muros,
 qua rara est acies interlucetque corona
 non tam spissa viris. telorum effundere contra
 omne genus Teucri ac duris detrudere contis

505

adsueti longo muros defendere bello.
 saxa quoque infestoolvebant pondere, si qua
 possent tectam aciem perrumpere, cum tamen omnis
 ferre iuvat subter densa testudine casus.

nec iam sufficiunt. nam qua globus imminet ingens,
 immanem Teucri molem volvuntque ruuntque,
 quae stravit Rutulus late armorumque resolvit
 tegmina. nec curant caeco contendere Marte
 amplius audaces Rutuli, sed pellere vallo
 missilibus certant.

510

520

parte alia horrendus visu quassabat Etruscam
pinum et fumiferos infert Mezentius ignis;
 at Messapus equum domitor, Neptunia proles,
 rescindit vallum et scalas in moenia poscit.

Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti,
 quas ibi tum ferro strages, quae funera Turnus
 ediderit, quem quisque virum demiserit Orco,
 et mecum ingentis oras evolvite belli!
 et meministis enim, divae, et memorare potestis.

525

Turris erat vasto suspectu et pontibus altis,
 opportuna loco, summis quam viribus omnes
 expugnare Itali summaque evertere opum vi
 certabant, Troes contra defendere saxis
 perque cavas densi tela intorquere fenestras.

530

505 *pariter*] *partim*? 513 *cum*] *num* Ribb. *quam* Schrad. *quos*
 Schap. *cui* Bros., ut pendeat ex *libet*, quod verbum 514 exhib. M²Ra¹bm^π.
 ceterum hab. *libat* M¹. -at F¹ *iubat* P²yc *iubet* P¹ grammat. 517
 Rut.] *Volscos* Peerlk. 524 *in*] *ad* P⁷lc 529 (= VII 645) inserunt x

princeps ardentem
 et flammam adixit
 corripuit tabulas
 turbati trepidantem
 velle fugam. dum
 in partem, quae
 procubuit subito
 semineces ad terra
 confixique suis te
 transfossi ligno v
 et Lycus elapsi.
 Maenon regi que
 sustulerat vetitiss
 case levis nudo
 isque ubi se Tur
 hinc acies atque
 ut fera, quae de
 contra tela furit
 micat et saltu su
 hand aliter iuve
 ruit et qua te
 ut pedibus long
 inter et arua
 prendere tecta
 quem Turnus
 increpat his vi
 sperasti te poss
 pendentem et r
 qualis ubi aut l
 sustulit alta pet
 quaesitum aut n
 Martius a stabul
 collitur, invadur
 ardentis taedas
 Ilioneus sa
 Lucetium portae
 Emathiona Lige
 hic iaculo bonu
 Ortygium Caene
 Turnus Itym Cl

princeps ardentem coniecit lampada Turnus 535
 et flammam adfixit lateri, quae plurima vento
 corripuit tabulas et postibus haesit adesis.
 turbati trepidare intus frustra que malorum
 velle fugam. dum se glomerant retroque residunt
 in partem, quae peste caret, tum pondere turris 540
 procubuit subito et caelum tonat omne fragore.
 semineces ad terram immani mole secuta
 confixique suis telis et pectora duro
 transfossi ligno veniunt. vix unus Helenor
 et Lycus elapsi. quorum primaevus Helenor, 545
 Maenio regi quem serva Licymnia furtim
 sustulerat vetitisque ad Troiam miserat armis,
 ense levis nudo parmaque inglorius alba.
 isque ubi se Turni media inter milia vidit,
 hinc acies atque hinc acies adstare Latinas, 550
 ut fera, quae densa venantum saepta corona
 contra tela furit seseque haud nescia morti
 inicit et saltu supra venabula fertur —
 haud aliter juvenis medios moriturus in hostis
 inruit et qua tela videt densissima tendit. 555
 at pedibus longe melior Lycus inter et hostis
 inter et arma fuga muros tenet altaque, certat
 prendere tecta manu sociumque attingere dextras.
 quem Turnus pariter cursu teloque secutus
 increpat his victor: 'nostrasne evadere, demens, 560
 sperasti te posse manus?' simul arripit ipsum
 pendentem et magna muri cum parte revellit,
 qualis ubi aut leporem aut candenti corpore cycnum
 sustulit alta petens pedibus Iovis armiger uncis,
 quaesitum aut matri multis balatibus agnum 565
 Martius a stabulis rapuit lupus. undique clamor
 tollitur, invadunt et fossas aggere complent,
 ardentis taedas alii ad fastigia iactant.
 Ilioneus saxo atque ingenti fragmine montis
 Lucetium portae subeuntem ignisque ferentem, 570
 Emathiona Liger, Corynaeum sternit Asilas,
 hic iaculo bonus, hic longe fallente sagitta;
 Ortygium Caeneus, victorem Caenea Turnus,
 Turnus Itym Cloniumque, Dioxippum Promolumque

556 *interea hostis* Schröt. 1888, 7.

et Sagarim et summis stantem pro turribus Idan, 575
 Privernum Capys. hunc primo levis hasta Themillae
 strinxerat: ille manum proiecto tegmine demens
 ad vulnus tulit; ergo alis adlapsa sagitta,
 et laevo infixata est lateri manus, abditaque intus
 spiramenta animae letali vulnere rupit. 580
 stabat in egregiis Arcentis filius armis
 pictus acu chlamydem et ferrugine clarus Hibera,
 insignis facie, genitor quem miserat Arcens
 eductum Matris luco Symaethia circum
 flumina, pinguis ubi et placabilis ara Palici: 585
 stridentem fundam positus Mezentius hastis
 ipse ter adducta circum caput egit habena
 et media adversi liquefacto tempora plumbo
 diffidit ac multa porrectum extendit harena.
 Tum primum bello celerem intendisse sagittam 590
 dicitur, ante feras solitus terrere fugacis
 Ascanius fortemque manu fudisse Numanum,
 cui Remulo cognomen erat Turnique minorem
germanam nuper thalamo sociatus habebat.
 is primam ante aciem digna atque indigna relatu 595
 vociferans tumidusque novo praecordia regno
 ibat et ingentem sese clamore ferebat:
 'non pudet obsidione iterum valloque teneri,
 bis capti Phryges, et morti praetendere muros?
 en, qui nostra sibi bello conubia poscunt! 600
 quis deus Italiam, quae vos dementia adegit?
 non hic Atridae nec fandi fictor Ulixes.
 durum a stirpe genus natos ad flumina primum
 deferimus saevoque gelu duramus et undis;
 venatu invigilant pueri silvasque fatigant, 605
 flectere ludus equos et spicula tendere cornu;
 at patiens operum parvoque adueta iuventus
 aut rastris terram domat aut quatit oppida bello;
 omne aevum ferro teritur, versaque iuvenum
terga fatigamus hasta nec tarda senectus 610
 debilitat viris animi mutatque vigorem:
 canitiem galea premimus semperque recentis
 comportare iuvat praedas et vivere rapto.

579 *adfixa* Py Serv. 584 *matis* c¹ *Martis* cet. l. pr. γ: cf.
 Macr. Sat. V 19, 15. *matris* Wagn. LV. 109. 585 *Palicis* Peerlk.
 599 *Marti* 'aliquot ant.' Pier. γ 607 *at]* et π

robis picta cro
 desidia cordi,
 et tunicae man
 o vere Phrygia
 Dindyma, ubi
 rumpana vos b
 Idaeae, sinite
 Talia iacta
 non tulit Ascan
 contendit telum
 constitit, ante
 Ioppler omnip
 ipse tibi ad tu
 et statuam ante
 candentem pari
 iam cornu pet
 andit et caeli
 intonuit laevum
 effugit horrend
 perque caput
 traicit. 'i, ver
 bis capti Phry
 hoc tantum A
 hetitiaeque fre
 Aetheria
 desuper Auso
 nube sedens
 macte nova v
 dis genite et
 gente sub Ass
 nec te Troia
 aethere se mit
 Ascaniumque
 antiquum in
 armiger ante
 tum comitem
 omnia longaev
 et crinis albos

623 *intend*
 et fugit Phryc
 rumpam trans
 MPhy^aPh^am
 Vergilius.

vobis picta croco et fulgenti murice vestis,
desidiaē cordi, iuvat indulgere choreis, 615
et tunicae manicas et habent redimicula mitrae.

o vere Phrygiae (neque enim Phryges), ite per alta
Dindyma, ubi adsuetis biforem dat tibia cantum:
tympana vos buxusque vocat Berecynthia Matris
Idaëae, sinite arma viris et cedite ferro. 620

Talia iactantem dictis ac dira canentem
non tulit Ascanius nervoque obversus equino
contendit telum diversaque brachia ducens
constitit, ante Iovem supplex per vota precatus:
‘Iuppiter omnipotens, audacibus adnue coeptis! 625

ipse tibi ad tua templa feram sollemnia dona
et statuat ante aras aurata fronte iuencum,
candentem pariterque caput cum matre ferentem,
iam cornu petat et pedibus qui spargat harenam.
k. audiit et caeli genitor de parte serena 630
intouit laevum, sonat una fatifer arcus.

effugit horrendum stridens adducta sagitta
perque caput Remuli venit et cava tempora ferro
traicit. ‘i, verbis virtutem include superbis!
his capti Phryges haec Rutulis responsa remittunt.’ 635
hoc tantum Ascanius, Teucri clamore sequuntur
laetitiaque fremunt animosque ad sidera tollunt.

Aethera tum forte plaga crinitus Apollo
desuper Ausonias acies urbemque videbat
nube sedens atque his victorem adfatur Iulum: 640

‘macte nova virtute, puer; sic itur ad astra,
dis genite et geniture deos. iure omnia bella
gente sub Assaraci fato ventura resident,
nec te Troia capit.’ simul haec effatus ab alto
aethere se mittit, spirantis dimovet auras 645

Ascaniumque petit. forma tum vertitur oris
antiquum in Buten (hic Dardanio Anchisae
armiger ante fuit fidusque ad limina custos,
tum comitem Ascanio pater addidit: ibat Apollo
omnia longaevo similis, vocemque coloremque 650
et crinis albos et saeva sonoribus arma)

623 *intendit* P^{ya}2c Ribb. 631 *letifer* P^γ1a2cmπ 632 *effugit* b¹
et fugit P^Rγ2c; comm. Serv. *adlapsa* P^γ el. a2cmπ 634 *traiecit*
*γ*2a2b2cm *transigit* P¹ Ribb. *transiit* P²γ1? *transadigit* R i om.
M¹R^γ2a2b2m 645 *mittit* R *misit* P^γ1c2 Ribb. 646 *formam* M¹γ

atque his ardentem dictis adfatur Iulum:
 'sit satis, Aenide, telis impune Numanum
 oppetiisse tuis! primam hanc tibi magnus Apollo
 concedit laudem et paribus non invidet armis;
 cetera parce, puer, bello.' sic orsus Apollo
 mortalis medio aspectus sermone reliquit
 et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.

Adgnovere deum proceres divinaque tela
 Dardanidae pharetramque fuga sensere sonantem.
 ergo avidum pugnae dictis ac numine Phoebi
 Ascanium prohibent, ipsi in certamina rursus
 succedunt animasque in aperta pericula mittunt.
 it clamor totis per propugnacula muris,
 intendunt acris arcus amentaque torquent.
 sternitur omne solum telis, tum scuta cavaeque
 dant sonitum slictu galeae, pugna aspera surgit,
 quantus ab occasu veniens pluvialibus Haedis
 verberat imber humum, quam multa grandine nimbi
 in vada praecipitant, cum Iuppiter horridus austris
 torquet aqnosam hiemem et caelo cava nubila rumpit.

Pandarus et Bitias, Idaeo Alcanore creti,
 quos Iovis eduxit luco silvestris Iaera
 abietibus iuvenes patriae et montibus aequos,
 portam, quae ducis imperio commissa, recludunt
 freti armis ulroque invitant moenibus hostem.
 ipsi intus dextra ac laeva pro turribus adstant
 armati ferro et cristis capita alta corusci,
 quales aëriae liquentia flumina circum
 sive Padi ripis Athesim seu propter amoenum
 consurgunt geminae quercus intonsaque caelo
 attollunt capita et sublimi vertice nutant.
 inrumpunt, aditus Rutuli ut videre patentis.
 continuo Quercens et pulcher Aquiculus armis
 et praeceps animi Tmarus et Mavortius Haemon
 agminibus totis aut versi terga dedere
 aut ipso portae posuere in limine vitam.

661 ac] et M 667 fluctu γ^1 atflictu M adflictu Ra¹; cf. Serv.
 ad slictum Pald. 674 et] in Bryant. 676 animis Bentr. Peerlk.
 Ribb. 678 coruscant M 685 Marus Mb²πχ Marius b¹ 686
 totis: at Ribb., qui post v. 683 commate distinxit; simil. Gofsr., sed
 serv. aut aut versi] aversi P¹a¹χ ut aversi γ^1 . . versi R¹ adv.
 cod. Parrh.

tum magis in
 et iam collect
 et conferre m
 Ductori
 turbantique
 fervere caede
 deserit incept
 Dardanium ru
 et primum A
 Thebana de
 coniecto stern
 aera per tene
 nectus abit,
 spumantem,
 tum Meropen
 tum Bitian a
 non iaculo (u
 sed magnum
 fulminis acta
 nec duplici s
 sustinuit: con
 dat tellus ger
 talis in Eube
 saxea pila ca
 constructam
 prona trahit
 miscent se m
 tum sonitu I
 Iuarime Iovis
 Hic Mar
 addidit et sti
 immisitque F
 undique con
 bellatorque a
 Pandarus, ut
 et quo sit for
 portam vi ma
 obnixus latis
 moenibus exc
 719 Furo
 cidit P¹b²c

tum magis increscunt animis discordibus irae
et iam collecti Troes glomerantur eodem
et conferre manum et procurrere longius audent. 690

Ductori Turno diversa in parte furenti
turbantique viros perfertur nuntius hostem
fervere caede nova et portas praebere patentis.
deserit inceptum atque immani concitus ira
Dardanium ruit ad portam fratresque superbos. 695

et primum Antiphaten (is enim se primus agebat)
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti
coniecto sternit iaculo: volat Itala cornus
aëra per tenerum stomachoque infixæ sub altum
pectus abit, reddit specus atri vulneris undam 700

spumantem, et fixo ferrum in pulmone tepescit.
tum Meropem atque Erymanta manu, tum sternit Aphidnum;
tum Bitian ardentem oculis animisque frementem,
non iaculo (neque enim iaculo vitam ille dedisset),
sed magnum stridens contorta phalarica venit 705
fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga
nec duplici squama lorica fidelis et auro
sustinuit: conlapsa ruunt immania membra.
dat tellus gemitum et clipeum super intonat ingens. 710

talis in Euboico Baiarum litore quondam 710
saxea pila cadit, magnis quam molibus ante
constructam ponto iaciunt, sic illa ruinam
prona trahit penitusque vadis inlisa recumbit;
miscent se maria et nigrae attolluntur harenae,
tum sonitu Prochyta alta tremit durumque cubile 715
Inarime Iovis imperiis imposta Typhoeo.

Hic Mars armipotens animum virisque Latinis
addidit et stimulos acris sub pectore vertit
immisitque Fugam Teucris atrumque Timorem. 720
undique conveniunt, quoniam data copia pugnae,
bellatorque animo deus incidit.

Pandarus, ut fuso germanum corpore cernit,
et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,
portam vi magna converso cardine torquet
obnixus latis umeris multosque suorum 725
moenibus exclusos duro in certamine linquit,

719 *Furorem* P¹ 721 *animos* M¹c¹ *animis* Goth. III. 722
vidit Pyb²c 723 *quis* PR¹a¹b² 724 *magna*] *multa* libri pr. M

ast alios secum includit recipitque ruentis,
demens, qui Rutulum in medio non agmine regem
viderit inrumpentem ultroque incluserit urbi,
immanem veluti pecora inter inertia tigrim. 790
continuo nova lux oculis effulsit et arma
horrendum sonuere, tremunt in vertice cristae
sanguineae clipeoque micantia fulmina mittit.

Adgnoscent faciem invisam atque immania membra
turbati subito Aeneadae. tum Pandarus ingens 735
emicat et mortis fraternae fervidus ira
effatur: 'non haec dotalis regia Amatae,
nec muris cohibet patriis media Ardea Turnum.
castra inimica vides, nulla hinc exire potestas.'

740
olli subridens sedato pectore Turnus:
'incipere, si qua animo virtus, et consere dextram!
hic etiam inventum Priamo narrabis Achillen.'

dixerat. ille rudem nodis et cortice crudo
intorquet summis adnixus viribus hastam;
excepere aurae, volnus Saturnia Iuno 745
detorsit veniens, portaeque infigitur hasta.
'at non hoc telum, mea quod vi dextera versat,
effugies; neque enim is teli nec volneris auctor!'

750
sic ait et sublatum alte consurgit in ensem
et mediam ferro gemina inter tempora frontem
dividit impubisque immani volnere malas.
fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus;
conlapsos artus atque arma cruenta cerebro
sternit humi moriens, atque illi partibus aequis
huc caput atque illuc umero ex utroque pependit. 755

Diffugiunt versi trepida formidine Troes.
et, si continuo victorem ea cura subisset,
rumpere claustra manu sociosque immittere portis,
ultimus ille dies bello gentique fuisset. 760
sed furor ardentem caedisque insana cupido
egit in adversos.

765
principio Phalerim et succiso poplite Gygen
excipit, hinc raptas fugientibus ingerit hastas
in tergum: Iuno viris animumque ministrat.
addit Halym comitem et confixa Phegea parma,

733 clipeique Py¹ mittet M¹ mittunt PRy¹ Macr. Sat. V 13, 35.
747 librat Pya^{2c} 748 es Pyb², inde es leti Schröt. 1888, 7. 761
aversos Bentl. 764 tergus P¹R Serv. pl. I 211. Ribb.

ignaros deinde
Alcandrumque
Lyncea tendens
vibranti gladio
occupat: hinc
cum galea lon-
vastatorem Am-
ungere tela ma-
et Clytium Aeo-
Crethea Musarum
et citharae cor-
semper equos

Tandem
convenient Te-
palantisque vid-
et Mnestheus:
'quos alios mu-
unus homo et
aggeribus tant-
adiderit? iuve-
non infelicis
et magni Aen-
talibus accen-
consistunt.
et fluvium p-
acrius hoc T-
et glomerare
cum telis pre-
asper, acerba
ira dare aut
ille quidem h-
haud aliter re-
improperata r-
quin etiam bi-
bis confusa fu-
Sed man-
nec contra vi-
sufficere; aeri-

770 desec-
266. spargere
782 quaeve ult-
et. X 441.

ignaros deinde in muris Martemque cientis
Alcandrumque Haliumque Noëmonaque Prytanimque.

Lyncea tendentem contra sociosque vocantem
vibranti gladio conixus ab aggere dexter

occupat: huic uno deiectum comminus ictu

cum galea longe iacuit caput; inde serarum

vastatorem Amycum, quo non felicior alter

ungere tela manu ferrumque armare veneno,

et Clytium Aeoliden et amicum Crethea Musis,

Crethea Musarum comitem, cui carmina semper

et citharae cordi numerosque intendere nervis,

semper equos atque arma virum pugnasque canebat.

Tandem ductores audita caede suorum
conveniunt Teucri, Mnestheus acerque Serestus,

palantisque vident socios hostemque receptum.

et Mnestheus: 'quo deinde fugam, quo tenditis?' inquit.

'quos alios muros, quae iam ultra moenia habetis?

unus homo et vestris, o cives, undique saeptus

aggeribus tantas strages impune per urbem

adiderit? iuvenum primos tot miserit Orco?

non infelicit patriae veterumque deorum

et magni Aeneae, segnes, miseretque pudetque?'

talibus accensi firmantur et agmine denso

consistunt. Turnus paulatim excedere pugna

et fluvium petere ac partem, quae cingitur unda.

acrius hoc Teucri clamore incumbere magno

et glomerare manum, ceu saevum turba leonem

cum telis premit infensis; at territus ille,

asper, acerba tuens, retro redit et neque terga

ira dare aut virtus patitur nec tendere contra

ille quidem hoc cupiens potis est per tela virosque;

haud aliter retro dubius vestigia Turnus

improperata refert et mens exaestuat ira.

quin etiam bis tum medios invaserat hostis,

bis confusa fuga per muros agmina vertit.

Sed manus e castris propere coit omnis in unum
nec contra viris audet Saturnia Iuno

sufficere; aëriam caelo nam Iuppiter Irim

770 *desectum* γ¹ Ribb. *d-ctum* R 773 *tingere* Bentl. Luc. III
266. *spargere* Peerlk. 777 Heynio auct. secl. Ribb. 781 *fuga* P¹
782 *quaeve ultra* Py^{1a2c} *quaeve altera* Moret. II. 789 *pugnae* PR;
cf. X 441. 793 *at*] *ac* MR

demisit germanae haud mollia iussa ferentem,
 ni Turnus cedat Teucrorum moenibus altis. 805
 ergo nec clipeo iuvenis subsistere tantum
 nec dextra valet: iniectis sic undique telis
 obruitur. strepit adsiduo cava tempora circum
 tinnitu galea et saxis solida aera fatiscunt
 discussaeque iubae capiti nec sufficit umbo 810
 ictibus; ingeminant hastis et Troes et ipse
 fulmineus Mnestheus. tum toto corpore sudor
 liquitur et piceum (nec respirare potestas)
 flumen agit, fessos quatit aeger anhelitus artus.
 tum demum praiceps saltu sese omnibus armis 815
 in fluvium dedit. ille suo cum gurgite flavo
 accepit venientem ac mollibus extulit undis
 et laetum sociis abluta caede remisit.

804 *dimittit* Serv. V 606. 814 *acer* 'quidam' ap. Serv. pl.
 816 *vasto* Py^c 817 *fugientem* m 'antiqui plerique' Pier. x

Iuppiter dis conv
 Venus et Iuno de c
 sequatis utrorumque

Aeneas foedere cum
 praemisso eq
 a nymphis ma
 cum magna soo
 quod facere fr

Pallas quamvis eq
 tamen iniquo
 id ubi comperit, A
 sed hoc tantum
 Turnum ut pericul
 vana spe Aen
 Mezentius postea
 ab Aenea vulne
 ad quem ulsciscen

Panditur
 conciliumque v
 sidream in sec
 castraque Darda
 considunt tectis
 'caelicolae magn
 versa retro tar
 abnueram bello
 quae contra vet
 aut hos arma s
 adveniet iustum
 cum fera Karth
 exitum magnam
 tum certare. odi
 nunc sistite et p

4 spectat p